



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de**

**Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Quæ substa[n]tiua iugu[n]tur mei, tui, sui, & cæteris. Et loco horu[m]  
deriuatiuis. Passiue patrij signantes iungier vllis Contemnunt patrijs, &  
deriuat a locum quæ Conseruant horu[m] miserere mei ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

id est paucillulū. Minime refert. i. nihil. Pli. Infinitū refert lunaris rō,  
 id est ualet, ait Calepi. Idem dicit Terē. suscepisse pro obeſt in Phor.  
 Quid tua malū id refert, sed uidet mihi significari. Quid ad te id at-  
 tinet, & malū esse interiectionē, respōdet alter magni. i. multū ad me  
 attinet. Colu. lib. viij. de canibus loquēs. Non multū refert an uilla-  
 tici corporibus graues, & parū ueloces sint. Plau. in rud. Quō habe-  
 as id refert, iure an iniuria. Pli. lib. vi. Nec terrē tātū natura circa has  
 refert pro uile est sumit. Virgī. lib. ij. Geor. Neq; em̄ numerus com-  
 prendere refert. i. necesse est ait Cale. Dicimus interest nostrę laudis  
 & ad nostrā laudē. i. uile uel magni ponderis est. Tullius. L. Luceio  
 lib. epi. v. Equidē ad nostrā laudē nō multū uideo interesse, sed ad p-  
 perationē meā interest non te expectare dū ad locum uenias. Pli. in  
 principio de mundo loquēs. Huius extera indagare nec interest ho-  
 minū nec capit humanę coniectura mētis. Cice. Si quid mea minus  
 interest id te forte magis delectat. Ad hāc rem est, p̄ pertinet bñ dī-  
 citur. Teren. in Phor. Omittō proloqui, nam nihil ad hanc rem est.  
 Interest cōponit etiā ab inter & est, & declinat̄ intersum. es. est &c. Et  
 significat aliquādo præsentiē esse cum datiuo, per regulā postponen-  
 dam. Valeri. Maxi. Quo facilius laboribus & periculis interisset. In-  
 terdum in medio esse. Liuius de. ij. bello punico. Id morari uictoriā  
 rati q̄ amnis interisset. Columel. Arbores quę intererūt ablaqueas  
 buntur. aliquādo differentiā importat cum duobus accusatiuis me-  
 diante præpositione inter. Cice. Inter hominē & beluā hoc maxime  
 interest, dicimus quoq; sapiens interest a stulto, & in datiuo stulto  
 pro distat. Teren. Homo homini quid præstat, stulto intelligens qd  
 interest. Idem. alio modo protulit in Adelphis. Hoc pater hoc domi-  
 nus interest. Item pro præsens sum dicimus intersum lectioni, & in  
 lectione, & aliquādo, ut Lancilotus plusq; Mancinellus notat, in le-  
 ctionē. Cice. lib. xi. Episto. ad Brutum. Qui nostro sermoni interfuit  
 & lib. x. ad Plan. Si quid erit in quo interesse necesse sit, nunq; deero  
 Idem in Rhetoricis. Si quo die Romę ista cædes facta est. ego Athe-  
 nis eo die fui, interesse in cædem non potui. Refert etiā compo-  
 nitur ex præpositione re & fert, & significat reporto. Quintilia. Ad  
 patrem arma nō rettulit. de hoc in accusatiui regimine. Sed reliquū  
 est uideamus an recte dicatur. Interest aut refert, mea Petri. est meū.  
 discipuli studere. Nam Prisci. dixit, egēs mei prisciani. Pro solutiōe  
 quæstionis habete uersiculos nostros.

Quæ substātiua iungūtur mei, tui, sui, & cæ-  
 teris, Et loco horū deriuatiuis.

K ij



Ioannis Despauterij Niniuitæ.

Passiue patrij signantes iungier vllis  
Contemnunt patrijs, & deriuat a locum quæ  
Conseruant horū miserere mei catharinæ  
Non recte dices, vsus quoniã referenti  
Est miserere mei, quæ sum catharina referto,  
Adde tamen quosdã numericq;, & distribuentis  
Vnius, ipsius, solius, participisq;  
Atq; gerundiuis, V alla est doctissimus author.

Quinq; genitiui primitiui, mei, tui, sui, nostri, uestri nõ admittūt ge-  
nitiuos licet em recte dicã, ego Petrus, mihi Petro, me Petrū, me Per-  
tro, nos uiri, nobis uiris &c. Sic tu petrus, sibi petro &c. non tamẽ la-  
tine dixeris mei Ioãnis, tui Iodoci, sui Catharinę, nostri uirorū, uestri  
mulierū. Sic meus, tuus, suus, noster, uester, p his posita non admit-  
tunt genitiuos, qa male dicit, Liber meus, Flamingi, petri, pauli &c.  
Ratio est natura harū dictionū, & cõmunis doctūllimorū cõsensus,  
& usus, licet itaq; græci hanc elegantia non habeãt, nos tamen eam  
usq; obseruabimus, nẽpe latini multã elegantia habẽt, qua græci ca-  
rent, & cõtra. Errauit igit multū Priscia. dicēs Filius mei, p meus, &  
mei Prisciani eges, pro mei qui sum Priscianus. Ergo nõ dicã Liber  
meus albi, docti &c. Neq; miserere mei peccatoris, neq; Interest mea  
Ioannis &c. sed utar relatiuo sic Miserere mei qui sum peccator, In-  
terest mea qui sum Ioãnes, neq; est aliqua cõgruitas cõtra regulã re-  
latiui, quia referit gr̃s obolitus mis & tis, sis, nostrū, uester, q in pos-  
sessiuis includit. Vnde bene dixit Alexander. Personas duplices hęc  
designare uidẽtur, quoniã meus, tuus, suus, noster, uester, dicūt expli-  
cite rem possessam & sic gr̃s iungit pro re possessa. ut Si qua tui co-  
rydonis habet te cura, uenito, ueluti liber meus, libri mei &c. Sic etiã  
am relatio fit ad uocem, ut legis uerba mea quę sunt bona. Implicitẽ  
põ dicūt rem possidentẽ, & gratia illius iungunt quidã genitiui, ut  
mea solius opera, quia mis dicere non licuit, utpote quod exoleue-  
rit, nec mei ppter causam prius a nobis enucleatã. Nulla igit est in-  
cõgruitas, similiter fit relatio gratia possidentis, neq; est ulla incõgrui-  
tas eadẽ rõne. Oui, Nec mea uerba legis, qui sum sumotus ad Histõr  
In lib Iob. Et uestigia pedū meorū cõsiderasti, qui quasi putredo cõ-  
sumẽdus sum. In epistola Pauli. Scripta sunt hæc ad correptionẽ no-  
stram, in quos fines sæculorū deuenerūt. Teren. Omnes laudare for-  
tunas meas, qui habere gnatū tali ingenio p̃ditū. Nebrissen. inquit



laudare pro laudabāt. alij legūt laudauere. Scripta mea nō sunt scripta mei, nisi de me scripserim. Dicemus ergo miserere mei qui sum peccator. Interest tua qui es doctus, non interest tua indocti, licet in Sulpitio sic ponat. Si quis contrariū dicat, testimoniū probati adducat. Addimus tamē quintuplices gtōs ex doctissimorū usu. Primo gtōs addimus numerorū cardinaliū, ut nostra duorū opera liberatus est, nostro triū auxilio &c. Secundo gtōs signorū uniuersaliū & particulariū. Cice. in. de orat. Volūtati uestre omniū parui dicere potuisset (ait Nebrissen.) uolūtati uestrū omniū, uerū nos dicimus melius Ciceronē dixisse uestre omniū q̄ uestrū, quia liber uestrum uolūtata uestrū, diximus uix inueniri, sed liber uester & cetera. sic noster cuiusq; labor &c. Tertio iungūtur genitiui unius, ipsius, solius, & ipsorū, ipsarū, solorū, solarū. Cice. Dico mea unius opa rēp. esse liberatā. Idem ad Atti. Solius em̄ meū peccatū corrīgī nō pōt. Idem. Ex tuo ipsius animo coniecturā ceperis. Non dixit tui, q̄a tui animus non dicit. Illud autē eiisdē. Eā autē unius tui studio me assequi posse confido, a librarijs deprauatā esse dicit Valla, hoc est tui, p̄ tuo positū, licet simile uideri posset illi Horatiano. Ne studio nostri pecces. i. fauore, gratia, uel amore. Propter hęc cōiunctio copulat diuersos casus. Terē. Saluus sum meo p̄sidio, atq; hospitis, sed recte dicitur habeo curā tui solius, non tuā, quia significo me habere curā de te, sic iudicabis de similibus. Quarto iungunt genitiui participiorū. Cice. ad Lentulū. Quocunq; tēpore mihi potestas p̄sentis tui fuerit. Ouidi. i. amorū. Sepe rogabis, Vt mea defunctę molliter ossa cubent. In sacris. Audi deus uocē meā loquētis. Et exaudi uocē meā clamātis ad te. Ouidi. in Heroi. Et flesti & nostros uidisti flentis ocellos, uix tolerabile uidei (inquit Nebrissen.) quia nostros pro meos, aut flentis pro flentiū posuit. Idem cū Valla dicit, dictis genitinis nō addi posse substantiua, quia nostra paucorū uel multorū opera dices neq; addes uirorū &c. Brutus. Qui uestris paucorū respōdet laudibus. Illud igiū intolerabile est apud Boe. Solanē mœsti nūc mea fata lenis, & illud in sacris. Tulit filiū meū de latere meo ancillæ tuę dormientis. Et illud Pauli. Salutatio manu mea Pauli nisi forte sit appositio, p̄ mis lenis pauli &c. sed utcūq; sit excuset, noli imitari. Quinto admittūt gtōs gerūdiōrū siue gerūdiuorum. Oui. Copia placidę sit mō parua tui, hic tui est foemi, generis. Tul. Lu. Cras, quasi colligēdi sui causa se in tusculanū cōtulisse. Ita dices, uenio tui uidentę grā mīmat &c. sed ne addideris substantiū, ueluti uenio tui matris uidentę grā, sic em̄ male loqr̄is, licet se atq; iter sic forsitā legat tu⁹, p̄ tui &c. si qn̄ legat noli imitari. Notei terētiā illā. In opis te miserescat mei.